

līca hac quicquam dignius, quicquam utilius esse, prudenterissimē judicaret: boēten illum senioribus illis duobus adjunxit: ne illis ob ætatem, varia sæpè impedimenta adferentem, à publicis operibus cessantibus, detrimenti quicquam publica adolescentum studia paterentur. Nec professore nō tantum honesto stipendio eum constituit, sed paulo post cum duo Gryphiswaldensis Academiæ professores clarissimi, M. Fridericus Rungius & M. Matthæus Flegius, supremum in Theologia gradum sibi à venerando Theologorum collegio decerni peterent; una cum socio Dn. Schachtio, gradum Doctoris eum assumere voluit, sumptusq; promotionis usq; per quam libenter & liberaliter suppeditavit.

Anno 1594.  
Consilium prudenti, piūm & felix: dignum viris patriæ amantibus; utile Ecclesiæ & scholæ, pergratum bonis omnibus: modo ejus successu diu frui nobis licuisset. Liberalitas vero perpetuis prædicanda vocibus. Pergite sic vos CONSULES, pergite vos SENATORES, de Ecclesia & schola hac mereri præclarissimē: agite, perficite quantum vobis est, ut decus hoc hujus Reipublicæ, quo eam præ multis alijs coronare Deus voluit, Academia, non in flore tantum conservetur, sed indies majora sumat incrementa, ut inde perpetuò tanquam ex quo Trojano prodeant viri, qui in Ecclesijs & scholis sincerè ac diligenter doceant: in aulis & curijs prudenter & fideliter consulant. Sic antecessorum vestrorum merita non æquabitis tantum, sed & superabitis: Sic perpetuam honestissimamq; vestri nominis memoriam ad posteros usq; transmitteris.

LOBECHIUS verò hac insigni Senatus benevolentia excitatus, talentum divinitus sibi concessum, indies magis ac magis protulit. Professoris enim jam gerens

titu-